

QV. 520, y.

X1853737

B. m. II, 4

1295

II a  
446

JESU SUCCURRENTE  
ET  
INCLUTO PHILOSOPHORUM ORDINE,  
IN ILLUSTRITILIE TO,  
BENIVOLE CONCEDENTE,  
DE  
ORTU  
TYPOGRAPHIÆ,

SUB PRÆSIDIO  
CLARISSIMI ET PEREXIMII  
DN. M. JOHANNIS STOHRII,  
ABLASSENSIS MISNICI, SS. THEOL. CUL-  
TORIS ET ALUMN. ELECTOR.  
FAUTORIS SUI AC SUORUM STUDIORUM  
PROMOTORIS OBSERVANDI PLURIMUM,  
SOLENNITER DISPUTABIT  
PETRUS GUNCKE / TAUBENHEIM.  
MISN, PHIL. BAC. ET AL, EL,  
AD IX. KAL. NOV.  
ANNO A PARTU VIRGINIS  
M DC LXVI.  
H. L. Q. C.

E TYPOGRAPHIA COLERIANA.



51



1796.

MEMORANDUM OF THE PROCEEDINGS  
OF THE BOARD OF DIRECTORS  
OF THE BANK OF AMERICA  
IN THE YEAR 1796.


THE BOARD OF DIRECTORS  
OF THE BANK OF AMERICA  
DO HEREBY CERTIFY  
THAT THE FOLLOWING IS  
A TRUE AND CORRECT  
STATEMENT OF THE  
PROCEEDINGS OF THE  
BOARD OF DIRECTORS  
IN THE YEAR 1796.

IN WITNESS WHEREOF  
WE HAVE SUBSCRIBED  
OUR NAMES AND  
AFFIXED OUR SEALS  
AT NEW-YORK  
THIS 15th DAY OF  
MAY 1796.

JOHN WELLS  
PRESIDENT

ROBERT B. GIBBS  
VICE PRESIDENT

JOHN WELLS  
SECRETARY



O ΚΑΛΩΣ ΕΣΤΩ!  
PRÆLOQVIUM.

**N** Eminem non iudicii sanioris, hoc in universi dum ludit amphitheatro, suum post diem bona quondam superstes fama titillat; Nemo non etiam medium, per quod ad illam licet aspirare, observat & multis hinc inde verbis extollit. Sic Galenus suas herbas, ob quas inter nos ejus fama laudibus adhuc vehitur, laudat, sic bonas Imperator Justinianus leges. Neq; penes summos viros hoc saltem deprehendimus verum, sed & ad ima subsellia quando descendimus, penes in hisce sedentes. Sic loquitur superbè nimis de suo malleo, de limâ automatarius, sic faber lignarius de suâ securi; Neq; nimis ineptè. Si enim iste beneficio instrumentorum quid artificiosi producit, si hicce palatium quoddam nobile erigit, non solummodo latrant non prospiciunt stomacho, sed tam inter præsentis quam posteror aternam sibi quoque conciliant memoriam. Verùm tractent fabrilia fabri. Quid Eruditi? Habent & hi sua media, libros, quibus sibi nobilissimam acquirunt famam. Sed famam adhuc brevissimè intermorituram. Quæris, quâ sic? Nobilissimæ Eruditionis fama unius etiam mortis ictu cadit & evanescit. Superest itaq; sola Typographia, quæ famæ eruditæ fila longiora trahit & *Besoldo* teste (a) contra tineas & blattas, omnis Eruditionis inimicas, defendit. Si autem fabri de suis instrumentis ita sunt solliciti, ne quid detrimenti capiant, magis multò Eruditis, de famæ suæ conservatrice ut cogitent, ut dilaudent, ut defendant ipsam, incumbet. Et hæc etiam causa est, quæ nos, licet inter Eruditos vix ultimum locum meremur, movit, ut de TYPOGRAPHIA dissertationem conscribere atq; censuræ publicæ submittere decerneremus. Ne autem hæc in nimis multas & lectori molestas excresceret pagellas, consultum duximus in præsentis ORTUM TYPOGRAPHIÆ tantum aperire, ac progressum ejusdem aliis D. d. lucubrationibus reponere. Ut autem hæc nostra opella feliciter cedat, omnium Eruditorum nobis exoptamus favorem, & exoramus gratiam illius magni Typographæ, cujus digiti ceu typi in chartâ scribere valuerunt in lapide. (b)

(a) Lib. XI. oper. Polit. cap. III. de armis, cui disertatiunculas antea vulgatas de bombardis & Typographiâ inseruit. Conf. p. 57.

(b) Exod. CA. XXXI. v. 18.



CAPUT PRIMUM.  
DE  
TYPOGRAPHIA ET EJUS  
INVENTORIBUS  
IN GENERE.  
Fundamentum.

**C**ura disputantium. Typographiae Etymologia facilis. Ex abundanti evolvitur. Τύπος unde? γράφω unde? Alia Typographiae nomina. Typographia multos habet patres. Hanc tollere cupiunt Itali. Chineses cum accolis. Galli. Horum testimonia. Germani exclusi. Itali laudantur, rejiciuntur cum falso testimonio. Chineses, Themistaneus & Cathaitani à nostrae Typographiae inventione arcentur. Laude donantur, Gallorum testis falsitatis convincitur. Germani palmam obtinent & Inventores Typographiae sistuntur. Testimonia illorum hac de re evolvuntur.

*Illustramentum.*

§. I. Qui ἐν κρητέροις stadium decurrere gestiunt disputatorium, in primis de vocabulorum, quibus de certamen est, solliciti sunt Etymologiam, Homonymiam & Synonymiam; Eadem quidem nos habet in stadio laudato voluntas, sed non eadem jam sollicitudo, quia certaminis nostri subjectum, Typographia, iisdem morbis non admodum periculosè laborat.

§. II. Quilibet enim facile subolet, Typographiam è Graeciam suam ducere familiam, & copulatam esse è τύπος & γράφω. Illud est vocabulum æquivocum & multifariam usurpatur in modum fermè Germanici nostri schlag. (c) Hoc in loco signat metallicam literam, quæ scribitur applicatis columnis ad chartam. Hoc verò γράφω denotat idem, quod scribo.

§. III. Unde autem ista porrò descendant, nostræ jam curæ non est inquirere. Variant enim maximoperè in iis curiosi originum inquisitores. Τύπον Martinus (d) à τύπτω deducere cupit, sed Kossius τῶ τύπω in etymon assignat τυπεῖν & huic tandem

c) Martin. in Lex. Philol. p. 3956.

d) lib. cit. pag. cit.

תוף tympanum, quod tunditur. (e) Similis inconstantia cernitur e) Etym. LL. apud vocem γράφω, quam *Excellent. Græcus Pasor.* (f) vult ortam p. 535. in voce tundo. à γράω; *Johannes Avenarius* (g) à כתב & *Becmannus* (h) iterum f) in Lex. p. aliunde deducit, quam originem non tam affirmamus, quam ex. 177. 2. abundantiam pronunciamus. Offeret autem se occasio penitus g) in Lex. eandem inspiciendi in brevi. Hebr. V Vit-teb. edito.

§. IV. Ex abundantiam etiam adjicimus, Typographiam nostram à materie, ex qua typi, nomen insuper invenisse Chalcographiam, Cauterographiam seu Cassiterographiam; Sic possemus etiam dicere Argyrographiam, si vera sunt, quæ crebrèscens rumor è Batavia ad nos de typis ibi usitatis argenteis retulit. Porro salutatur ab operationis modo ars impressoria, itè excusoria à Latinis. Sed quid in hisce minutiis tam diu moramur, cum nos majora & longè subtiliora nimis expectent? Artis hujus Inventores hinc sistere debemus, & quidem genuinos, prius abire non licet.

§. V. Debemus quidem, volumus etiam, utinam ritè possemus! Nam non pauci hanc artem exosculantur, & ex iis singuli contendunt, hanc suam fuisse filiam. Quid? Ipsi Scriptores penè nesciunt, cui tandem nobilissimi debeant inventi honorem. Sed jam tentanda pro virili via est, quâ ad eos pervenire licet.

§. VI. Commodiorem autem nobis Fortuna non concedet, quam ut prius in genere de Inventoribus hisce dispiciamus, ex quanam illi à nobis natione sint expectandi; Ecce enim Italos! ecce ex extremâ parte Asiae Chineses! ecce novi orbis populum Themistanæos! ecce Cathaitanos! Ecce denique etiam Gallos! Hi omnes adsunt ac de artis Typographicæ inventionem nobiscum certare Germanis non erubescunt.

§. VII. Neq; sine testimonio comparent. Pro Italiste testantur *Pomponius letus* [i] & *Gilbertus Cognatus*, (k) Uterq; falcis Inventori, Saturno, tribuit, quod literas imprimere & signare nummos in Italia primus instituerit. Causam Sinensium agunt *Job. Petrus Maffejus* (l) *Garxias ab horto* (m) *Johannes Gonzalvus Mendoza* (n) *Pau-*

[i] lib. VI. Histor. Indic. p. 113. m) lib. II. Aromat. ap. Indos nasc. cap. XXXVIII. n) en lib. III. de la Historia del gran Regno de la China. Hic ex ipsorum Sinensium mente affirmat, cum ipso regno China Typographiam ibi cœpisse initium, vid. Spizel. in de re literar. Sinens. Sect. III. p. 35. j) loco S. Cypriani in lib. de idolis sed male accepit. k) lib. III. Sylvæ Nar- ration. p. 2444, 278.

S  
n.  
ie  
li.  
si.  
a-  
o-  
i-  
de  
ti  
L  
i-  
L  
e-  
w.  
o-  
e-  
m.  
u-  
i-  
it,  
m  
T

e) Etym. LL. p. 535. in voce tundo. f) in Lex. p. 177. 2. g) in Lex. Hebr. V Vit-teb. edito. h) in Origin. L L. p. 1053. j) loco S. Cypriani in lib. de idolis sed male accepit. k) lib. III. Sylvæ Nar- ration. p. 2444, 278.

o) lib. XIV. Hist.  
 p) lib. XV. de Rep. cap. III.  
 q) lib. I. c. IV.  
 r) Atlant. Major. de-  
 scription. Regn. Sin.  
 p. m. 371.  
 s) cap. XLVII  
 t) Rel. uni-  
 vers. descript. Chinae ed.  
 1596.  
 u) part. II. Ind. Orient. cap. XXVI.  
 vv) lib. XI. de rebus gestis Eman. Regis Lusitaniae;  
 Hunc citat etiam Laur. Beyerlinck in theatro sub titulo Typographiae  
 x) in histor. de nov. Inf. & nov. orbe  
 y) Theatr. u-  
 nivers. disc. CXXVIII.  
 Idem testatur etiam Guido Pancirollus de novit. inventis Tit. XII. p. 344.

*Paulus Jovius* (o) *Petrus Gregorius Tolosus*, (p) *Nicolaus Trigaultius*, (q) *Mercator* (r) *Author admirand. Natur. in Sin. & Europ.* (s) *Joh. Boterus Beneficius* (t) *Joh. Hugo Linfrotanus* (u) *Hieronymus Osorius* (vv) & *Johann Metellus*, (x) *Quantus* *Causidicorum numerus!* & omnes contendunt, *Typographicam* artem priores omnibus *Sinenses*, qui veteribus *Historicis* etiam *Seres* dicuntur, teste *Garzonio*, (y) per multa secula scivisse; Imò *Trigaultius* (z) confirmat, nullos non esse, qui *Sinensibus* *Typographiam* prius largirentur, quam in hanc mortalitatem immortalis sese *Deus* abjecisset. Icircò procul dubio *Inventionem* *Typothesiæ* propriam sibi facient *Sinenses*.

§. VIII. Præterea *Themistaneis* & *Cathaitani* suis non destituuntur *Patronis*. Illis patrocinium commodant *Genebrardus* (aa) & *Thevetus*; (bb) His verò *Theodorus Zvingerus* (cc)

§. IX. Insequuntur jam presso pede *Galli*, qui provocant ad *Antonium Campanum*, (dd) quamvis hic ob levem suam rationem vix ac ne vix quidem dare possit testem. Producit enim *Udalricum Gallam* & hunc à patriâ & natione ita appellatum credit, cum tamen cognomine tantum vocetur *Gallus*. Meminit ejus quidem etiam *Franciscus Irenicus* (ee) d. *Campani* errorem statim accusat.

§. X. Sed injuriarum agere possumus cum his, qui *Germanorum* nostrorum honori ita insidiantur, dum hosce in hoc negotio planè excludunt, & omninò pro ineptis reputant, cum tamen ipsis hi palmam possint in hoc passu quotidie præripere. Agedum! Partes eorum paulisper agamus.

§. XI. *Italos* quod attinet, miramur illorum cum *Græcis* sapientiam lubentissimè, quâ sanè multum in re humanâ valuerunt, concedimus etiam doctrinam omnem ab illis tanquam ab uberrimo fonte largiter emanasse, sed palmam ipsis de inventionem *Typographiæ* primâ neutiqvam concedimus. Nihili est testimonium, quod *Pomponius* modò pro iis exposuit.

§. XII.

z) loc. jam citat. aa) in *Chronograph. lib. IV.* cum quo sentit etiam *Brodæus* p. 12. *Thef. Critic. part. II. Cap. XXVI. p. 485.* ubi meminit se legisse, quod ante mille annos ap. *Indos* *Typographia* exstiterit. bb) in testem vocatus à *Mallinckrot* in *dissert. de Typogr. cap. I. p. 3.* Confer etiam *Auger. Busbeqvium* Ep. IV. cc) in magno suo theatro. dd) ap. *Mallinckrot. l. c.* ee) in *exegesi Germaniæ lib. II. cap. XLVIII.* ubi quendam *Gallum* inter *Inventores* recenset.

§. XII. Reponimus I. Cypriani locum rectè esse accipien-  
 dum, & si durior, rectâ explicatione molliendum. Loquitur enim  
 de impressione literarum non in chartam, sed in numos; Loquitur  
 de literarum incisione non in stanno aut plumbo, sed in chalybe,  
 quæ omnia nullam sapiunt Typographiam. Imo ne quidem præ-  
 ludium ejus fuerunt, cum nullum superfit vestigium, quod ad li-  
 brorum excusionem unquam fuerint translata, fidem nobis fa-  
 ciente Mallinkroto. (ff)

ff) l. c. p. 46

XIII. Dicimus II. Pomponii fidem in dato suo testimonio  
 meram esse invidiam ex superstitionis pertinaciæ affectu erga  
 patriam ortam, quâ Germanis nostris nocere, suis verò Italis  
 commodare studuit. Et quid? invidiam hanc Itali ipsi produnt  
 Scriptores, inventionem Typographiæ dum Teutonibus liberè  
 relinquunt, qui sunt *M. A. Coccius Sabell. cus* (gg) & *Baptista Fulgo-  
 sus* (hh) Sed pluribus verbis non opus est, quia Pomponius hic etiã  
 est ablegatus à *Peutingero* (ii) ita, ut redire non possit. Quiescente  
 autem Pomponio quiescere oportet quoq; Cognatum, utpote qui  
 non alio quam Pomponius, gladio in hâc arenâ didicit pugnare.

gg) Ennead.  
 K. lib. VI.  
 hh) lib. VIII  
 dict. & Fact.  
 memorab.  
 cap. XI.

ii) In Anti-  
 quitat. Ger-  
 man legitur.  
 illa refutatio  
 etiam ap. Se-  
 rariam in re-  
 bus Mogunt.  
 kk) in de Ido-  
 lolat. Gent.  
 p. 184. ubi In-  
 dorum Scri-  
 ptores maxi-  
 mam partem  
 fuisse menda-  
 ces asserit. Et  
 non absq;  
 causa. In  
 promptu hæc  
 de est ex Stra-

§. XIV. Atq; sic remissimus Italorum Patronos. Nunc cum  
 Sinensium & cæterorum advocatis nobis res erit. Timoris  
 nos ferè quatit horror, quando frequentiam eorum, qui pro Si-  
 nensibus se stitere, intuemur, & si multitudinî palma adscriben-  
 da, parva nos de eâ spes alit. Maximam quidem partem ex  
 his rejicere possemus ob fidei lubricitatem, quam ejusmodi Scri-  
 ptoribus *Vossius* tribuit (kk) vel cujus unus & alter in specie su-  
 spectus est: (ll) Sed hoc refugium non placet. Studebimus  
 potius amicabili compositioni, quam ut necessitate non cogen-  
 te sectemur forum aut nos invicem experiamur.

§. XV. Laudem Sinensibus suæ artis typographicæ non

bone lib. XI. p. m. 350. Difficulus enim redarguuntur, quæ de longè  
 dissitis narrantur. ll) Puta Jovium & Linschoranum. Hic multa tradit,  
 de quibus hinc inde non pauci dubitant. Illius fidem exclamat suspectam  
 Salmuth in not. ad Pancirol. novit. inventa Tit. XII. p. 248. & provocat ibi  
 ad Bodinum in Method. Hist. cap. IV. qui sequens Jovii prodit responsum ad  
 quæstionem. Cur simularet falsa, vera dissimularet? Amicorum gratiã id à se  
 fieri. Conf. Goræus Parisiensis, qui quas finxit Amadisi fabulas, non minus  
 veras quam Jovii scripta confidit.

s,  
 b.  
 m  
 &  
 i-  
 a-  
 at,  
 r,  
 c-  
 a-  
 ti-  
 a)  
 ad  
 m  
 m  
 a-  
 m  
 at.  
 er-  
 oc  
 m  
 re,  
 cis  
 e-  
 ab  
 o-  
 te-  
 II.  
 am  
 ste,  
 vo-  
 us-  
 ex-  
 res

mm] ap. Mal-  
linkrot. l. c.  
qui ad illu-  
provocat.  
nn] citatus à  
Mallinkrot.  
loc. citato.  
oo) in Theatro  
l. jam cit. Hic  
insuper addit  
quod eum,  
qui Sinicam  
Scripturam  
legere deside-  
raret, ad mi-  
nimum  
85000. figu-  
rarum scienti-  
am instructum  
esse oportet,  
ret, & qui per-  
fectè intelli-  
gere, etiam  
supra 120000  
pp) Hunc Cas-  
par Ens in  
lat. lingv. ex  
Italicâ tra-  
duxit part. II  
Thesaur. po-  
lit. apoteles-  
mat. XL, p.

detrahemus, neq; nostris Teutonibus suam detrahi patiemur. Fiet autem sequenti ratione: Distinguimus inter Typographiam propriè & impropriè sic dictam, seu, inter Typographiam &, uti *Bertus* suggerit, (mm) affine Typographiæ artificium. Hoc, ut paucis cum multis redeamus hostibus in gratiam, & Sinensibus, & Cathaitanis, seu, ut alii vocant, Cathaïensibus istis ad Septentrio- nem vicinis, & Themistaneis ambabus, quod dicitur, largimur, quamvis non ad CCCC. ante Christum annos, quicquid *Roge- rius* (nn) dicat, sed ad aliquod ante nos tempus, illam autem con- cedimus minimè.

§. XVI. Et profectò non possumus; Nam Chinesium artificium Typographiæ nomen non meretur, quia non singula- ribus typis, ceu nostri, sed integris tabulis excusionem peragunt; quia etiam verba non literis, sed figuris & certis signis indicant, quorum singula totidem verba singula denotant, uti hoc o- mne confirmant *Garzonius* (oo) *Antonius Pantogia* ἀποὶ τῆς, (pp) *Metellus* (qq) ex *Trigaultio Spizelius* (rr) *Lansius* (ss) *Johannes Nie- hofius*. [tt]

§. XVII. Ita Typographia paulatim ad Germaniam de- mittitur, ut inibi suas quærat Natales; Quidsi autem Chineses vel eorum Procuratores adhuc prætenderent, Germanos artem suam, quam Typographiam nominarent, didicisse à Sinensium artificio, illius affini, ac interjecto tempore interpolasse? Ne- tiquam. Nam ultra L. annos hæc ars jam radices egerat inter Germanos, priusquam de Sinensibus vel minimum etiam hisce cognoscere licuit. Si instant: impossibilem esse unius artis in- ven-

169. ita de Sinensium Typographiâ loquentem: Non jungunt literas more nostro, d. in singula folia tabulas formant, quæ utriusq; characteres ha- bent. Quod etsi perquam laboriosum videtur; sunt tamen in eo celeres & expediti. qq) in Histor. cit. l. c. rr] in de Re literar. Sinens. Sect. III. p. 36 ff) in Orat. pro German. p. 1149 seqq. ubi egregiè rem Germanorum agit. In der Gesandtschaft der Ost. Indischen Compagnie in denen veret- nigten Niederlanden an den grossen Tartarischen Cham / teho Sinischen Kaysar edita Anno hoc 1666. Cap. II. descript. Regn. Sinæ p. 245 seqq. ubi non so- lum septendecim species signorum à serpentibus, avibus, herbis & aliis re- bus quondam sumtorum narrat atq; æri incilas ostendit, d. simul etiam mo- derno tempore usitatas exhibet. Conferatur de veteribus etiam nobilif- simus à Mandelslo in suo itinere ab Oleario descripto.



ventionem in locis diversis absq; communicatione; Respon-  
demus cum Philosopho: Nihil prohibet, easdem artes a diver-  
fis vel eodem, vel etiam diverso tempore, citra ullam communi-  
cationem inveniri. Addimus & rationem. Omnipotenti nihil  
impossibile. Videant potius Chineses, quid respondeant  
*Zeilero*, qui ex *Nordermanno* (uu) per conjecturam quem assequi  
posse ait, quod ipsi suum artificium imprimendi acceperint a  
Judæis. vv] Sed est saltem conjectura, quæ nihil ad nos; illi de  
hâc videant.

uu) in Con-  
clus. de Jure  
Pp. quem ci-  
tat Johannes  
Limnaeus lib.  
VIII. de Jur.  
Publ. cap. X.  
num. V.  
vv) in It in  
Germ. Tom.  
II. Cap. XIV  
p. 167.  
xx) loco su-  
pra jam cit.

§. XVIII. Ne autem succensere nobis in posterum jure  
possint Sinenses, laudem ipsis debitam hîc persolvere parabi-  
mus. Sunt autem laudandi ob characteres candidos, quos in  
nigro formare quam aptè possunt; Quâ in re nostros antece-  
dere putat *Antonius Pantogia*. (xx) Limitamus hîc, quondam,  
non autem hodiè; Nam id hodiè nostros itidem perdidicisse  
in propatulo est. Porrò ob insignem in tam operoso artificio  
celeritatem; Folia enim Typographus ibidem unus uno die  
sæpè quingenta supra mille expedit, & in sculpendâ tabulâ nihilo  
plus temporis, quàm nostri in compingendâ columnâ atq; emen-  
dandâ, consumere videtur; Et hoc ex fide *perquam Reverendi*  
*Viri Spizelii* (yy) Sed è diverticulo in viam.

yy) loc. cit.

§. XIX. Definimus igitur laudare Chineses & ad laudem  
Germanorum nostrorum properamus. Jubemus hos jamjam  
pœana meditari, nam qui illis antea contradicere audebant, pro-  
fligati sunt ad unum omnes. Imò hic unicus Campanus, Gal-  
lorum quasi defensor, supra jam victas manus ostendit. Posset  
ipsi quidem *Polydorus Virgilius* cum suo Gensone verè Gallo, qui  
Romæ perfectiorem reddidisse Typographiam ab ipso dicitur,  
[zz] suppetias ferre, attamen frustra pugnarent. Emendator  
enim non est rei autor; Præterea succenturiatum *VVimpfelingi*  
*aaa)* hîc producimus, qui Irenico, quem supra cum Campano  
conredientem, errorem ipsius manifestando, reliquimus, ma-  
sculè succurrit, atq; Ulricum, Typographum, cognomine Gal-  
lum fuisse vocatum, itidem expressè pronunciat. Dicitus Gallus  
alias non levi dimittendus est gratiâ, quia rem literariam ex in-  
opiâ ad ingentem ubertatem produxit, unde, qui eum modò pro

zz) lib. II:  
Cap. VII. de  
Invent. Rer.  
aaa) in Epi-  
tom. Rer.  
Germanic.  
Cap. LXV.

B Gallo

bbb) Vid.  
VVimpfel.  
loc. cit.

Gallo homine voluit venditare, ita in illum iocatus est: bbb)

*Anser Tarpeji custos Jovis, unde quod alis  
Constrepere, Gallus decidit, ultor adest  
Ulricus Gallus, ne quem poscantur in usum,  
Edocuit pennis nil opus esse tuis.*

ccc) Histor.  
Universal.  
p. 181.

ddd) in Anal.  
Daciae antiq.  
cap. III.

eee) Itinerar.  
German.

Tom. I. Cap.  
XIV. p. 315.

fff) Lib. IV.  
d Recherches  
de France,  
cap. XXIV.

ggg) in suis  
Opusc. p. 130  
ubi in lau-  
dem Germa-  
niae ita canit:

§. XX. En vobis, Germani dilectissimi nunc palmam, quam tandem tot contradicentes concedere oportuit! *Stephanum Zamosium*, vel uti hunc vocat *Boxhornius*. ccc) *Samoscium*, qui in Bibliotheca Magni Ducis Hetruriae, Florentiae, librum in Scythia ante multa secula impressum extare dicit, & inde Germanorum laudi quid detrahere tentat, ddd) illis supra memoratis annumerare nolimus, quia Scytharum imprimendi ratio cum Sinensibus eadem, sicuti moderno tempore utrisque & idem Dominus, Magnus scilicet Tartarorum Chamus, sed eadem, quae Sinenses, nostram liberalitate contentus fore Scytas, nobis persuasimus. Alias rigidius cum illis agit *Zeillerus*, eee) qui de nobilissima hujus artis inventione in ejusmodi barbarie plane dubitat.

§. XXI. Hoc jam praelium peractum est. Sed sicuti non sufficit victoria parta, verum etiam boni militis est, postmodum caute agere. & de ea tuenda quoque modo cogitare, ita nos quoque solliciti jam erimus de ducibus optimis, qui nobiscum faciant ac quibus nos muniamus. Stabunt autem a parte nostra *Stephanus Paschasius seu Pasquierius*, fff) *Philippus Beroaldus*, ggg) *Joh. Nauclerus*, hhh) *Marc. Anton. (.Sabellicus iii) D. Sebastianus Brantius*, kkk) *Nicolaus Vernuleus*, ll) *P. Bertius*, mmm) *Scaliger Pater*,

*O Germania muneris repertrix,  
Quo nil utilius dedit vetustas,  
Libros scribere quae doces premendo.*

hhh) In Chronograph. fol. 282 edit. Tubing. 1516. Digna sunt hujus verba ut hic apponantur. Hoc inventum, inquit, (intellige Artem impressoriam,) nescio an unum supra reliquas nationes ingenium Germanicum l. elegantiam suam, l. utilitate efferat: Item post paucas lineolas: Fato Germanicis ingeniis datum putarim, ut in aere tractando imprimis excellant, quod cum multis aliis patet, tum hoc praesertim impressoriarum formularum stanno. iii) *Ennead. X. lib. VI. inquit: Commentum Teutonicum est, fuitque ab initio, in multam, ut debuit, admiratione, nec minori quaestu. kkk) in elogio artis impressoriae a Germanis inventae: ubi inter alia:*

*Quae doctos latuit Gracos, Italosque peritos,  
Ars nova, Germano venit ab ingenio.*

ll) dis-

Paier, nnn) *Celius Calcagninus*, ooo) *Christoph. Myleus*, ppp) *D. Daniel Cramerus*, qqq) *Consultator Tubingensis*, Lansius, rrr) *Michael Majerus*, sss) *Polydorus Virgilius*, ttt) *Haldaricus Mutius* uuu) *Meibomius*, vv vv vv) *H. Salmuth*, xxx) *Christ. Besoldus* yyy) *Franciscus Irenicus*, zz z) *Aventinus* aaaa) *Alexander Sardus Ferrariensis* bbbb) *Genebrardus*, cccc) *P. Ramus* dddd) *Garzonius*, eeee) *Althamerus*, ffff) *Theatri Hollandici structor*, *Boxhornius*, gggg) *Mallinkrotus*, hhhh) *Rivinus*, iii) *Tandem Argentoratensium* Iumina, *D. Schmidt* kkkk) *Berneggerus*, llll) *Boeclerus*, mmmmm) & alii. nnnn) *Hi omnes pro Germaniâ pugnâ, & horum sub tutamine nos tutos fore confidimus.*

nl) dissertat. IV. de Peregrinat. Hujus testimonium tale est: Omnium hæc est confessio, nusquam gentium ingenio flores machinas, nusquam gentium excellentiora artificia, quâ in Germaniâ,

B 2

CAPUT

reperiri. Non ignoratis, Typographiam esse inventum Germanum. Quale verò ac quantum? Profectò non tam mortalibus, quàm immortali Deo adscribendum. mmm) in *Comment Rer. Germanicar.* lib. III. p. 613. nnn) *Exerc. XCIX.* §. 1. & in *Epitaphio Germanorum*, qui ad Viennam bello Turcico ceciderunt. ooo) fol. 551. ppp) in *Consilio Histor. Universal.* scribenda, p. 269. Res literaria magnum, inquit, incrementum accepit singulari Characterum à Germanis usu introducto, quo protinus librorum omnis generis maxima copia est profeminata. qqq) in concione *Funebri, Davidis Rhæti, Typographi Stetinensis.* rrr) *Orat. pro German.* p. 1149. in 8. sss) *Gomes Imperial.* *Consist.* in veris inventis German. *Cap. V.* p. 138. ttt) *de Rer. Invent.* lib. II. *Cap. VII.* uuu) *Chron. German.* lib. XXVIII. vv vv vv) in *Illustrat. IV. Sum. Imp. Johannis Sleidani* libr. III. p. 443. quæ simul etiam adducit *S. Münsterum* & *F. Philelphum.* xxx) in not. ad *Guidon. Panciroll. Tit. XII.* novit. invent. yyy) *Dissertat. de Typographia* jam citatâ p. 56. ex quo *Bellermontius* sua omnia, quæ habet ad hanc rem, hausit in *dissert. Polit. XXX.* p. 96. zz z) in *Exegesi Germ.* supra jamdum citatâ. aaaa) *Lib. XVII. Annalium. Conf. Zvvingerum* p. 3629. bbbb) *de Rer. inventor.* lib. I. pag. 5. cccc) *lib. II. Chronograph.* p. 233. dddd) *lib. II. Proëm. Mathem.* fol. 64. eeee) in *Amphitheatro universal. de Art. Dissert.* sæpius citatâ. ffff) in *Comment. ad Tac. German.* gggg) in *Histor. Universal.* ubi contra *Moguntinos* pro *Harlemensibus* pugnât. hhhh) in *Tractatu de Typograph.* Anno M DC XXXX vulgato, *Cap. I.* iii) Ille nobilitatis literatæ aquila & *Polyhistorum* nostri sæculi *Phœnix*, uti eum appellavit quondam excellentissimus hujus *Academiæ Mathematicus Dn. L. Philippus Müllerus* in *Orat. adhuc a. x. d.* Ille a. nobiscum sentit in *Orat. suâ de Chalcographiâ* in renunciat. *Baccalaureorum* ex hâc cathedra hab. Anno sæculi præsentis XL. kkkk) in *Concion. de Typograph.* An. modò dicto *Argentorati* hab. *Conc. L.* p. 4. ll) in *Oratione in laudem beati Dn. Storckii* hab. *Argentorati.* mmmmm) In *Oratione habit. Argent.* in *Creatione Magist. & Baccalaur.* eodem anno XL. sæculi currentis, quo suum *Jubilæum Typographi Lipsienses* *Typographicum* celebrârunt. nnnn) quos citatos vide ap. *Cluv. in Epit. Hist. tot. mundi* p. m. 618, *Garzonium* jam cit. & in *Jubilæo Typograph. Lips.*

CAPUT SECUNDUM.  
DE  
ARTIS TYPOGRAPHICÆ  
INVENTORIBUS  
IN SPECIE.

Fundamentum.

**D**Eo datur gloria. Scriptorum de inventoribus Typographiæ magnæ dissonantia. Auditur Mallinkrotus eam representans. Confusionis autores alij. Nonnullis objicitur acceptio falsa. Aliis insolentia. Reconciliatio instituitur. Tandem pro Johanne Mäntelino Argentorænsi concluditur.

*Illustramentum.*

a) Jac. I. v. 16  
b) Observandum hinc obiter: Quoniam plurimi de Inventoribus hinc Johannis nomine veniunt, idè Typographi Lipsienses suum Jubilæum in illorum memoriam celebrarunt & honorem in festo S. Johannis Baptistæ, uti videre est in cit. jam Jubil. p. 5.  
c) in dissert. de Typograph Cap. XI. p. 73.

§. I. Pergendum nobis est ocyus, & in Germaniâ nostrâ inquirendum diligentissimè, quisnam è nostris inventor jam sit Artis Typographicæ? sed absit, ut hinc pedem moveamus. Deo prius hinc gloria danda & omnis inventio Typographiæ ipsi adscribenda, siquidem ab ipso omne donum bonum desuper; a) Insignem ingratitude notam meriti fuisset, in hoc si nos negligentes quisprehendisset.

§. II. Nunc demum pergere licet. Sed quorsum? Si in antecedente capite in periculo fuimus compitorum, profectò nihil hinc minus timendum, nam magna de inventoribus inter scriptores existit discrepantia. Hi enim *Johannem Gutenbergium* pro inventore laudant, isti *Johannem Faustum*; Alii *Johannem Gensfleischium* adducunt, b) iterum alii *Petrum* etiam *Schoifferum*.

§. III. Acerrimè hinc accusanda est Scriptorum negligentia, quâ super omnes grates invento posito tantas incertitudinis tenebras passi sunt oriri, cum tamen non uni de eo mentionem injecerint. Mirabere, quisquis es, quando in campum nobiscum descendes, ubi de inventoribus Typographiæ inter se controvertunt. Nullus autem omnium hunc melius aperuit, quàm nobilissimus *Mallinkrot*, c) itaq; ex eo sumam huc mutuò sequen-

quentia: Pleriq; in Iohannem Gutenbergium consentiunt, inquit, quo-  
 rum antesignanus & ductor est VVimpfelingius, d] qui reliquos sua au-  
 toritate traxit. Habet is adstipulantes sibi Trithemium, Fulgosum,  
 Palmerium, Bibliandrum, Munsterum, Chassaneum, Thevetum, Iohannem  
 Arnoldum, Bergellanum, Bulingerum, Buchholzerum, Helvi-  
 cum, Sethum Calvisium, Dionysium Petavium, Iohannem Colle & Pau-  
 lum Langium, nisi quod ultimus hic Petrum Gutenbergium vocet, quē  
 alii omnes Iohannem Opilionem, uti puto, Fausti generum cum illo con-  
 fundentes. Alii qui contra Iohannem Gutenbergium sed Iohannem Fau-  
 stum Chalcographices repertorem constituunt, e quorum numero sunt  
 Apianus, Aventinus, Stampsius, Opmeerus, Salmuthus, Frischlinus,  
 Pantaleon; Alii utrumq; conjungunt, quod faciunt Simon Majolus &  
 Laurentius Beyerlingius, quorum tamen prior Gutenbergium corrupte  
 pro Iohanne Iacobum vocat. Alii diversas de utroq; opiniones refe-  
 runt, prout fit à Spondano, Funcchio, Melchiore Adamo ac Paralipomenis  
 ad Urspergensem. Præterea Fausti ministrum facit Gutenbergium A-  
 ventinus, contra Gutenbergii adiutorem constituit Faustum Trithemius,  
 idemq; fit à Munstero & Hedione in Chronico, nisi quod alterum ei ad-  
 dat prior cooperatorem Medinbachium: posterior vero Medinbachii lo-  
 co Iohannem Gensefleisch, (nisi forte unus idemq; homo ille sit, & alter  
 familie, alter patriæ illi cognomen dederit) fieri videmus. De Petro et-  
 iam Schoiffero Gernsheimensi, quem Ramus corrupte Gernesum &  
 Iohannes Collas Gesnerium vocant, diversa apud diversos repe-  
 rio. Hunc enim inventorem faciunt Gilbertus Cognatus, Polydorus  
 Virgilius & Franciscus Irenicus, nisi quod hi duo postremi sine cognomi-  
 nis appositione Petrum simpliciter vocitent, primus autem pro Gerns-  
 heimio, quod infra VVormatiam ad Rhenum situm est, Augustam ei  
 patriam tribuit manifesto sine dubio errore. Aventinus illum Fausto ad-  
 jungit inventionis consortem, quod etiam Mariangelus Accursius & Sal-  
 muthius faciunt, fitq; idem à Ioh. Arnaldo Bergellano, nisi quod is utriq;  
 Gutenbergium tertium sociat. Typos fusiles inventâ matricum confe-  
 ctione huic Petro tribuit Salmuthus, quod ad typos stanneos à Fausto æ-  
 reis jam repertis restringit Mariangelus Accursius, quamvis non pu-  
 tem hanc postremum inter fusiles aliosq; fabrefactos typos (posteriores  
 enim nos à Fausto tantum repertos verisimile est,) satis accurate distin-  
 ctionem instituisse. Trithemius eundem Petrum hujus artis dilatatorem

vocat Haftenus Mallinkrotus. Proh Deum immortalem! quales hæ tricae?

§. IV. Sed hæ nondum sufficiunt; Licet hisce quis se magno labore extrica verit in promptu sunt alia, nam alii se nobis adhuc obviam dant inventores Typographia. Observamus præterea *Iohannem Regiomontanum*, (*e Theodoricum Gresmundum*, (*f Laurentium Costerum*) (*g & Iohannem Mentelinum*. [*h*] Ex his multis quis jam eligendus & quomodo confusio tollenda?

(*e*) Hunc nobis superinducit Pet. Ramus Lib. II. Schol. Mathem. & ex illo Theodor. Zvingerus in Theatr. [*f*] quem famosus ille Hieronymianorum operum Commentator Marianus Victorius Reatin. Episcopus Americanus invenisse putat in Comment. ad Ep. Hieronymi ad Ageruchiam s. Gerontiam ut est ap. Erasmus. [*g*] hunc inventorem Typographia laudant Fredericus Iuni<sup>9</sup> in Batav. Gotfridus Hegenitius in Itinerar.

§. V. Ex facili quidem Ramum cum suo Regiomontano, cum suo Gresmundo Victorium nec non illum Laurentium dimittere possumus, sed non item cæteros. Ad duos priores dicimus: Purbachii tabulae, in quibus in hanc sententiam Ramus devenit, non ab ipso Regiomontano, sed ejus saltem tempore novam imprimendi artem fuisse tentatam dicunt. Si ætatem Gresmundi sub examinis incidem revocare volumus, illam non deprehendimus justam, quia demum Erasmi vixit ævo, ac proinde multum post, quo Typographia primò lucem aspexit. Et rectè sibi subodoratus videtur *Mallinkrotus*, (*i* quid sagacissimæ naris Victorio imposuerit; Nimirum pro *urbi* legit *viro*. Cum enim de laude urbis Moguntiaë dixisset Erasmus, quod multos eruditos Viros ediderit, & inter hos etiam Gresmundum, pergit: *Huic urbi boni omnes bonarum literarum studiosi non parum debent ob egregium illud ac penè divinum inventum stanneis typis excudendi libros.*

§. VI. Laurentius Costerus s. verius Custos, nam tantum ædituus fuit, uti ex Scriverio evincit *suprà jam laudatus Rivinus, Academiae quondam hujus Professor celeberrimus*, [*k* suâ sponte abeat, plus enim laudis in inventione Typographia à nobis non expectabit, quam custos meretur, qui in infimâ paginae parte seu columnæ solet poni ad principium sequentis paginae suggerendum. Si audire cupit, dicemus: Plus illi non tribuimus, quam syllabicum quid & dimidiatum, i. e. levem operam in Typographia perficiendâ. Ejus defensoribus respondemus: Historias ipsorum effictas in gratiam fortè patriæ fidem mereri non posse, multò minus testimonia domestica in propriâ causâ valere. Quid enim

Frifio - Holland. p. 87. It. Boxhorn. in Theatro, & Henricus Schorus ap. Valchium Fab. IX. [*h*] in Chron. Argentorat. MS. [*i*] l. c. p. 75. [*k*] in Orat. de Typograph. II jam cit. p. 13.

nam inscriptio illa (1 literis aureis in domo dicti Custodis Harle-  
mi conspicua?

] Hanc vide  
ap. Hege-  
nium supra  
citatum.

MEMORIAE. SACRUM.

TYPOGRAPHIA. ARS. ARTIVM. CONSERVATRIX.  
HIC. PRIMVM. INVENTA. CIRCA. AN. d. b. CCCC. XL.

Quid huic subiectum programma Scriverianum?

*Vana quid Archetypos & praela, Moguntia, jaetas?*

*Harlemi Archetypos praelave nata scias.*

*Extulit hic monstrante DEO LAURENTIUS Artem,*

*Dissimulare virum hanc, dissimulare Deum est.*

Profecto nihil aliud quam insolentiam & meram *δοξασιν* indi-  
cant. Verum necessitas non postulat, ut ulterius Custodem contra  
pugnemus & ejus assertores, vicit enim jamdudum Mallinkrotus.  
Inde victos relinquimus.

§. VII. His relictis observabimus, quomodo se ex supra  
dictis tricis extricet Mallinkrotus, deinde etiam evolutionem ali-  
quam tentabimus. Hic (*m* dissonantiam superiorum revocare au-  
det ad aliquam consonantiam, ita, ut cuilibet ipsorum de inven-  
tione aliquid adscribat, excepto Gensefleischio, quem planè sicco  
pede præterit. Gutenbergium, licet suffragiorum prærogativam  
possideat, de principatu deponit, & hoc donat Faustum s. ut mul-  
tis aliis dicitur, Fustum, quia præcipuum artificii Typographici  
instrumentum huic adscribitur, videlicet typi ex ære facti. Sanè  
Fausti faustus hic conciliator.

m) Dissertat  
cit. Cap. XI.  
ubi multus  
est in hac re,  
& omnino  
meretur e-  
volvi.

§. VIII. Deinde locat Gutenbergium, ob liberalitatem  
suam, quâ hanc artem adjuvit insigniter, & atramenti impressorii  
inventionem; (*n* Deniq; Schoifferum, ob matricum fundendis ty-  
pis inservientium excogitationem. Fortassis hic loco ultimo  
contentus fuit lubentissimè, quia Fausti filiam ob inventum suum  
in connubium impetravit. Alia res est Gutenbergii, cui bilem  
movere posset non tam degradatio inter Typographiæ inven-  
tores, quàm nobilitatis negatio, quæ ab eodem *Mallinkroto* la-  
cescitur. [o

n] Thevetus  
ipsi hanc ad-  
scribit, sed  
Polydorus  
l. c. Schoiffe-  
ro. Forsan u-  
terq; hinc no-  
bilem ope-  
ram præstitit.

o) l. c. A multis alias in equestri ordine ponitur Gutenbergius, videli-  
cet à VVimphelingio, Sabellico, Palmerio, Langio, Virgilio, Theveto, Melch.  
Adamo, Farreolo Locrio, Petavio & Auctore Chronici Coloniensis; A mul-  
tis iterum aurifaber saltem salutatur, uti à Spondano, Calvisio, aliis. Qui  
cum

cum Mallin-  
 kroto l. c.  
 conjecturat,  
 Gutenbergiū  
 demum ob  
 laudabilem  
 operam, quā  
 in inventione  
 Typographiæ  
 præstitit, in  
 equestri or-  
 dine locum  
 invenisse, &  
 quidem inter  
 veniente pecu-  
 niā, illum Oe-  
 dipum fermè  
 putabimus.  
 Quem enim  
 pecunia non  
 nobilitat?  
 p) in Not. ad  
 Pancirol. l. c.  
 q) in Zerrungs-  
 entscheidun-  
 gen bey der  
 Eölen Buch-  
 druckerey.  
 Extant in  
 Jubil. Typo-  
 graph. Lips.

§. IX. Hoc autem omne Mallinkroto persuasit *Salmu-*  
*thus* (p) mediante instrumento, quo narrationem suam firmavit;  
 Narrat vero de lite inter Faustum & Gutenbergium orta confectū  
 An. M. CCCC. LV. d. VI. Nov. à Notario Joh. Ulrico Helmosper-  
 gero. Ita se extricat Mallinkrotus. Sæpius laudatus D. *Rivinus* [q]  
 itidem extricationem aliquam molitus est per distinctionem in-  
 ter typorum formatores, die *Schriffstgießer* / typorum composi-  
 tores, die *Seger* / & typorum impressores, die *Drucker* / atque Auri-  
 fabrum Gutenbergium formatorem typorum, Faustum compo-  
 sitorem s. collectorem, Schoifferum denique ceu infimum, den-  
 Jungen / impressorem pronunciavit.

§. X. Sed hujus ac istius inventum, quod tamen cum pace  
 tantorum virorum dixerim, non ubique placet. In Mallinkroto  
 nos movet processus rigidior cum Gutenbergio, quod hunc ferè  
 planè ejiciat è numero inventorum, vel admodum leve quid ipsi  
 tribuat; In Rivino autem parca & incerta distributio. Nul-  
 libi enim Gutenbergius typorum formator expressè legitur, sed  
 potius Faustus, & nullibi Schoifferus tantum impressor, & quid  
 impressor ad inventionem?

§. XI. Si ejusmodi conjectura quid ad rem faceret, allu-  
 besceret nobis potius distinctio inter Typographos & Typogra-  
 phiæ Dominos, die *Druckerherrn* / qui sumtus ferunt. Dominum  
 vellemus nominare Gutenbergium, reliquos duos verò Typo-  
 graphos. Ast si hi Typographi, ubi artis inventores? Itaq; ad scopū  
 tandem nobis collimandū est. Agnoscemus hos Typographos ac  
 Typographiæ interpolatores d. alium inventorem ipsis præficie-  
 mus. Est autem ille Civis Argentoratensis JOHANNES MÆN-  
 TELINUS, cujus jam inter inventores mentionem injecimus.  
 Hic Argentorati excogitavit per Dei gratiam hanc artem, & per-  
 jurio famuli Gehsefleischii per modò dictos postmodum exer-  
 ceri à se inventam vidit Moguntia.

§. XII. Non autem hoc per conjecturam assequimur, sed  
 per publicorum annalium Argentoratensium fidem. Et si ante li-  
 cuit Mallinkroto, Notarii instrumento fidere, licitum nobis jam  
 erit potius, Reipublicæ quam optimè constitutæ fidere *Commen-  
 tarius & Instrumentis*. Ut plus fidei hic mihi conciliam, fidem il-  
 lam



iam non meis sed verbis *Celeberrimi Dn. Boecleri* (r faciam. *Hi*, in Orat. inquit, [scil. *Annales Argentoratenses*) IOHANNEM MEN- jam citat. TELINUM, civem *Argentoratensem*, artem imprimendarum fusili Con. etiam charactere literarum librorumq, primum in Patria excogitasse, atq, Dn. D. Schmid in protulisse memorant: *Hi* annum seculi Christiani quarti decimi quadra- Concion. gesimum definiunt, anniq, solennem notitiam Consulatu Nicolai Schau- suis de Ty- litii, Prætura Spigeli, Müllenhemii, Treubeli, Endigeri insigunt: *Hi* pograph. perfidiam famuli Gensfleischii & herilis arcani enunciationem, & socia- ta cum Gutembergii plagii consilia, & fugitivo immissam ultore Deo cæcitatem diserte & bonâ fide denarrant. Ecce jam Typographiæ inventorem!

CAPUT TERTIUM  
DE  
INVENTIONIS LOCO.  
Fundamentum.

**L**ocus Nativitatis Typographiæ est in Germania superiori Argento- ratum. Loca spuria rejiciuntur. Pugna de Typographia inter Har- cmenses & Moguntinenses. Horum eductæ copiæ.

*Illustramentum.*

§. I. Sed ubi pulchra hæc soboles enata? Germanam fore supra elicuimus. Nunc, quoniam Germania duplex, superior & inferior, res est quæstionis, num in palustribus & stagnosis Hollandiæ, an verò in campestribus Germaniæ superioris sit quæren- da. Responsio jam est facilis, postquam filix pater est inventus. Secundum hunc ipsius Patria est in superiori Germania pul- chrum Argentoratum. Atque ita Typographiæ sunt quasi argen- teæ cunæ.

§. II. Est quidem res jam decisa; Placet tamen evolvere & alia loca, quæ hinc inde à Scriptoribus Typographiæ ceu nata- le solum falsò assignantur. In universum autem quinque se nobis obviam fecerunt: Harlemum, Gouda, Moguntia, Ruffen- burgum & Augusta Vindelicorum. Inter has civitates præprimis

C Harlem-

Harlemum & Moguntia de Typographiæ incunabilis certant, reliquæ quod dicant, vix habent. Dispiciemus autem paucis de singulis.

a) Lib. III. Narrat. Sylv. b) Quod verò in Schæfferi patriâ Cognatus erraverit, supra à Mallinkrotto jam est notatum Cap. II. §. V. c) in Exeg. German. d) lib. IV. citat. à Zeillero Itinerar. German. Tom. I. p. 445. e) loc. cit. f) in Chron. ad A. C. 1450 It. in Epist. ad fam. ep. XLVIII. & Lib. I. Exhortat. Hom. VII. g) Epit. Cap. XLV. h) loc. jam cit. i) Luculentissimus hic Histor. Univers. Autor pugnat sub Generat. XLIX.

§. III. Augustæ Vindelicorum hunc honorem typographicum adscripsisse Gilbertum Cognatum, (a auctor est Collector accessiorum ad editionem Polydori Virgili. Sed injuriam huic Viro facit apertè, utpote Petrum Schoitterum s. ut alii vocant Schæfferum Augustanum (b non Augustæ hanc artem reperisse dicenti. Quod Alsatia oppidum Ruffenburgum, ab officinarum impresoriarum strepitu id nominis obtinuerit, testatur Irenicus, (c unde alii postmodum concludunt, Typographiam inibi etiam initium accepisse. Verum testimonium illius ut frigidum & solitarium rejicimus, his autem post inventionem exercitium saltem concedimus.

§. IV. Similiter se res habet in civitate Goude, cui Georgius Braunius (d ante omnes alias in Batavia, quod est contra Junium pro Harlemo pugnans, (e proximam Typographiæ cognitionem adjudicat & quidem in cœnobio Mendicantium. Cognitionem hanc facile concedimus, nobis enim non contrariatur, qui de inventionem quærimus. Junio potius competit suas hæc partes agere. Si jam Harlemum & Moguntia accedunt, nulli harum inventionem primam largimur, licet anxie hanc desiderent. Sufficiat Moguntia primum exercitium obtinuisse, Harlemo vero frustra decertasse.

§. V. Nihil autem ad nos pugna illa, quæ inter has serbuit hætenus; Possemus & prorsus præterire. Luber tamen copias perlustrare, quas una adversus alteram eduxit. Moguntia duas turmas habet, unam Veteranorum & Tyronum unam Veterani & qui ante Hadriani Junii tempora vixerunt, sunt: Trithemius, (f Jacobus Vimphelingius, (g Conradus Pentingerus, (h Johannes Naclerus, (i Sebastianus Brandus (k Conradus Celtes, (l Philippus Beroaldus, (m Raphael Volaterranus, (n Sabellius, (o Joh. Baptista Fulgosus, (p Laurentius Valla, (q Andreas Althamerus, (r Petrus Apianus, (s

Seba- k) in carmine de Art. Typogr. l) Lib. III. Annor. Eleg. XIII. It. Lib. II. An. Eleg. I. m) loc. supr. cit. n) Lib. XXXIII. Anthropol. o) Ennead. X. lib. VI p) Lib. VIII. factor. & dictor. memorab. Cap. II. p. 294. q) in Operib. suis extat Tetrastichon, quod etiam pro Germanis pugnat. r) in Commentar. ad

Sebastianus Münsterus, (t Haldericus Mutius, (u Johannes Aventi-  
 nus, (vv Paulus Langius, (x Johannes Carion, (y Auctor Paralipomenon ad Urspergensem (z Johannes Funccius, (aa Theodorus Zuvingerus, (bb Franciscus Irenicus, (cc Polydorus Virgilius, (dd Franciscus Philelphus, (ee Iacobus Bergomensis, (ff Paulus Iovius, (gg Baptista Egnatius, (hh Johannes Boterus, (ii Palmerius, (kk Garzonius, (ll Maginus, (mm Bardus, (nn Ioh. Bodinus, (oo Stephanus Forcatulus, (pp Chassaneus, (qq Petrus Ramus, (rr Andreas Thevetus, (ss Henricus Pantaleon, (tt Georgius Sabinus, (uu Bernhardus Mollerus (vv vv David Sigismundus Cassorius, (xx Nicodemus Frischlinus, (yy Martinus Crusius, (zz Johannes Arnoldus Bergelanus, (aaa Melchior Guilandinus (bbb Conradus Gesnerus, (ccc Cornelius Callidius, (ddd Achilles Gassarus, (eee Caspar Heaio, (fff

Taciti Germaniam, ad illa verba: Litterarum secreta Viri pariter ac foeminae ignorant. Vir tanti in re Mathematica nominis, ut etiam Carolum V. jam tunc Imperatorem & domandae Germaniae inten-

tum meruerit habere discipulum; Lib. II. Cosmograph. t) Cap. CLIX. lib. III. Theatr. u) Chronic. German. XVIII. Lib. vv) Libr. VII. Annal. Boicorum. x) in Chronic. Citizenf. in A. 1454. y) in Chron. à Melancht. aucto. z) Hic idem habet, quod VVimphelingius, quod bona fide transcripsit. aa) in Opere Chronolog. bb) in laboriosissimo suo Theatri Vitae humanae opere, Volumin. XIX. Lib. I. p. 3196. Conf. & Gassend. Tom. V. f. 531. cc) Vid. hunc celebrem Rerum Germanicarum Exegeten Lib. II. Cap. XLVII dd) Lib. II. Cap. de Rer. inventor. VII. ee) in Epist. ff) Lib. XV. supplem. Chronic. ubi etiam in laudem Typograph. d. cujus auctoris, non indicat, sequentes versus habet:

*O felix nostris memoranda impressio saeculis!  
 Inventore nitet utraq; lingua Tuo.  
 Desierat quasi totum quod fundis in orbem,  
 Nunc parvo doctus quilibet esse potest.  
 Omnes Te summis igitur nunc laudibus ornent,  
 Te duce quando Ars haec mira reperta fuit.*

gg) Lib. XIV. Histor. Chin. qui quamvis Chinesibus tribuat inventionem, in Elogiis tamen sui quasi oblitus aliter sentit, hh) citat. à Mallinkroto Cap. II ii) Famosi nominis Politicus in Relat. suis Histor. kk) in suo Chronico. ll) in Amphitheatro jam cit. mm) in Cosmograph. nn) in Chronolog. Univerf. oo) in Methodo Histor. Cap. VII. pp) de Imperio & Philosophia Gallorum. qq) in Catalog. Glor. mundi, part. II. Considerat. XXXIX. rr) loc. cit. ss) Regis Christianissimi quondam Medicus, in Vita & effig. Illustr. tt) in Opere de Illustribus German. Viris. uu) in Caesar. German. sub Friderico III. vv) lib. III. Descriptionis Rheni. xx) In Hodoep. suo yy) Sveviae decus, in Julio redivivo. zz) Lib. IV. Germano-Græc. Epigram. III. in Encomica Eleg de Typograph. bbb) in Tractatu de papyro. ccc) in Pandect. lib. XIII. Tit. ddd) in calce Ca-

at,  
de  
ra-  
ac-  
ro  
fe-  
ati,  
ef-  
de  
am  
re-  
e-  
or-  
niū  
io-  
ni-  
ur,  
hic  
ha-  
nt.  
ve-  
uic  
ias  
uas  
ani  
(f  
au-  
al-  
,(p  
,(s  
ba-  
An,  
VI  
suis  
ad

talog. sui de Tantum in prima turma. In altera eminent Petrus Opmeerus, (ggg  
 Illustr. scri- Abrahamus Bucholcerus, (hbb Henricus Spondanus, [iii Horatius  
 ptis German. Thurfellinus (kkk Christophorus Helvicus (lll Henricus Salmuth,  
 eee) in Epit. (mmm Guido Panciollus (nnn Melchior Adamus (ooo Julius  
 Histor. Bulengerus, (ppp Ferreolus Loerius, [qqq Nicolaus Serarius,  
 fff) part. IV. Chronici se- (rrr Georgius Draudius, (sss Gabriel Naudens, (ttt Ioh. Heid-  
 lecti Germ. feldinus, (uuu Vilhelmus Dulichius, (vvvvvv Petrus Mat-  
 p. 633. theus, (xxx Autor Antiquitatum Britannicarum, (yyy Iohan-  
 ggg] in Opere nes Serræus, (zzz Dionysius Petavius, (aaaa Iohannes de Col-  
 Chronogr. le, (bbbb Iohannes Busæus, (cccc Iohannes Iacobus Erisius, (dddd  
 posthum. & denique Arnoldus Raysius, (eeee Contra hos omnes se sistere  
 p. 703. non dubitant nunc ex parte Harlempjesium sequentes: Agmen  
 hbb) Chron- ducit Hadrianus Iunius (ffff sequitur Ludovicus Guicciardinus,  
 nol. Ind. (gggg Autor additamentorum ad Guicciardinum, (hbbb Iaco-  
 iii) felicissim<sup>9</sup> bus Middendorpius, (iiii Adrianus Romanus, (kkkk Valeri-  
 Annalium us Andreas, (llll Franciscus Svertius, (mmmm Matthias Qua-  
 Ecclesiastico- bus Mirens, (nnnn Laurentius Beyerlingius (pppp  
 rum Epitoma- Petrus Montanus, [qqqq Thomas Lansius, (rrrr Simon Majolus  
 mator in (ssss Andreas Schottus, (tttt Martinus Zeillerus (uuuu P. Ber-  
 Auctar. Chronol. ad tuis  
 An. 1441.

kkk) Lib. X. Epit Histor. lll) in Theatr. Histor. p. 141. mmm) Polyhistor e-  
 ruditissimus in aureolis suis ad Pancirolli Memorabilia Comment. ad Tit.  
 jam citat. nnn) loc. modò allegato. ooo] in vitis Philosophorum German.  
 de Johanne Fausto & Joh. Gutenbergio. ppp) Lib. V. Histor. sui temporis  
 ad A. 1577. qqq) in Chron. Belg. ubi magis in Moguntinorum partes pro-  
 pendit quam suorum. rrr] in de Rebus Moguntinensibus Lib. I. ubi Petrum  
 Bertium refutandum sibi sumit. sss) in Discurs. Typographico. tt) qv̄  
 in peculiari scripto, Lauro Laurentiano dicto, Petr. Scri verium refutat. uu)  
 in Sphyng. Philol. Cap. XXV. quod agit de Scripturâ enigmaticâ. vv) in Chro-  
 nico Hassiaco, xxx) in not ad 7. Decretal. lib. V. c. III. yyy) in Thom. Bu-  
 scherio Archiepiscopo Cantuariensi p. 293. zzz) in Inventorio Histor. Franc.  
 in Carolo VII. aaaa) in Rationario tempor. part. I. lib. IX. cap. IX. bbbb]  
 in Theatro Imitatic. & imitabil. lib. VI cap. III. cccc) in dedicatoria Abba-  
 tis Trithemii. dddd) in Bibliothec. Philos. eeee) in Belg. Christianâ. fff]  
 loc. jam cit. gggg) in Belgii descriptione, p. 182. hhhh) in iis. iii) lib. I.  
 cap. XXII. de Academiis. kkkk] in parvo Theatro urbium p. 27. ll) in Bel-  
 gicorum urbium Nomenclatura. mmmm] in descriptione Provinciar. Bel-  
 gicar. nnnn) Lib. IV. Geograph. Enarrat. Cap. XXXV. oooo) in Chron.  
 Belgico. pppp) in Theatr. Tom. VII. qqqq) in descriptionibus suis, quas  
 Hondius cum Atlante Mercat. excud. rrrr) loc. c. ssss) in dieb. Can. Colloq.  
 XXIII. tt) in Epist. Dedic. Tom. I. rerum Hispan. uuuu) Itin. Germ. Cap.

tius, [vv Angelus Rocha, (xxxx Chronicum Coloniense, (yyyy Hermannus Hugo, (zzzz Franciscus Haræus, (aaaaa Iohannes de Laet, (bbbb Caspar Barleus, (cccc Ioh. Henricus Alstedius, (dddd Tandem Iohannes Isaacius Pontanus. (eeee Verum quid nobis negotii cum hisce militibus, & , cur pace jam factâ denuò classicum canimus? Statim abeamus ; Solummodo hanc aciem instruximus, ut hac occasione, qui de Typographia scripserint, indicaremus & promisso supra facto satisfaceremus, Pugnent interea partes, quamdiu ipsis fuerit libitum ! Nil obtinebunt.

XIV. p. 314.  
 vv) in Tab. Geograph. contr. xxx] in Biblioth. Vaticanâ.  
 yyyy] in An. 1440.  
 zzz] in de primâ scribendi origine Cap. XXXIV.  
 aaaaa] in Annal. Brabant. bbbbb] in suâ confœderati Belgii Re- publ. p. 58. ccccc] felicissimæ venæ Poeta, in Enc. com. Urb. Batav.  
 dddd] in Encycloped. lib. XXX. sent. I. de Typogr. eeee] in Hist. Dan. Lib. X. pag. 612.

CAPUT QVARTUM.  
 DE  
 INVENTIONIS TEM-  
 PORE.


Fundamentum.

Variæ sententiæ de tempore inventionis. Peccant Scriptores in excessu & in defectu, dum illud definiunt. Nostra sententia superadditur. Dissidentium pars altera rejicitur, altera reconciliatur. Schultzius notatur. Conclusio.

Illustramentum.

s. I. Devenimus tandem in artis Typographicæ origine excutienda usque ad tempus, quo illa hanc lucem aspexit ; Hoc si recte evolverimus, liberum tunc nobis erit, dissertatiunculæ huic ultimam manum imponere. Sed mare fluctuosum miseri petimus, dum illud suscipere nobis est animus, & decumanos dissensionum fluctus jam ante nos videmus. His enim hic annus, aliis alius placet, & , ut quisque vetustum librum nactus est, eum putat primum omnium excusum. Trithemius, Aventinus & Cluverius [a conspirant in A. M. CCCC.L. Thevetus cum Rocha & Iohanne de Colle sibi eligunt A. M. CCCC. XLII. Hedio & Stumpffius biennium superaddunt. Apianus ac Langius adhuc liberaliores

a) in Epit. Histor. in A. dict. Reliqui supra jam sunt: sunt cit.



sunt: Ille defendit M. CCCC. LII. Annū; Hic verò M. CCCC. LIV. consentiente ipsi Callidio.

§. II. Nondum contradictiones omnes recitavimus. His omnibus *Iac. Philippus Bergomensis* suum præfert A. nimirum M. CCCC. LVIII. & huic & istis suum adhuc *Ramus*, A. videl. M. CCCC. LXVI. Hi peccare videntur in excessu; Alii sequuntur, qui in defectu. *Boxhornius* [b civis alicuius meminit Harlemensis, qui in inscriptione Laurentianæ statuae ponit Ann. M. CCCC. XXX. *Scrivenerius* contra *Naudæum* scribens planè M. CCCC. XXVIII. uti ex hoc Chronographico patet versu:

*1, Naudæe, procul tua per mendacia crescens,  
Non locus hic nugis, credule Galle, tuis.*

*Harlemense nemus doceat doceantq, Napeæ,  
Et Fagutali numina sacra Iovi.*

*HIC fago eXs(VLptas LaVrentI CVspI De for Mas.  
Et primum natos hic simul esse typos.*

*Boxhornius* denique ad ipsum descendit M. CCCC. XX. A. & Rabbinicis utitur testimoniis. [c

e) Ita sonant hæc: Svadet Rabbi Josephus, qui in Chron. suo exemplar omnium vetustissimum Venetiis excusum refert An. Judaico 5188. Christi verò A. M. CCCC. XXVIII. Vid. Boxh. loc. cit. Conferatur Confutatio Fab. Burdoniæ p. 288. ex qua

§. III. In tantum discrepant Scriptores. Nostram sententiam, ut hic iterum dicamus non opus esset, quia eandem non ita pridè innuimus, ubi *Mantelinum* inventorem introduximus. Dicimus tamen: Placet nobis Annus M. CCCC. XL. ex fide jam facta. Et quid? plura suffragia habemus colligenda, quàm unquam speravimus. Nam suffragatur nobis circa hunc annum *VVimpelingius*, *Palmerius*, *Nauolerus*, *Althamerus*, *Buchholzerus*, *Kleinsorgius*, d) *Calvisius*, *Petavius*, *Job. Isaacius Pontanus*, *Hareus*, *Helvicus* & quam plurimi adhuc alii, quibus superaddere possumus præterea bigam Chronograph. versuum, quæ nobis in hoc etiam favet, licet non in inventore. e)

*Mtr atypis Libros ars qVas Ce Ler I eXCItat aCtV,*

*GVtenberger I genIo est InVenta Iohannis.*

IV. Cupido quiescendi nos jam incescit, sed nondum quiescere licet; contradictionibus tam multis circa inventionis hunc iste omne hausit. d) in Chron. Ecclesiast. VVestphal. M. S. e) citat hos versiculos in suâ Polit. Schönbornerus.

hunc annum remedium adhuc est parandum. Nescio, ut deficientes prius curemus, an alio medio sanari possint Civis Harlemensis & Sriverius, quam ut falsitatem fundamenti ipsis objiciamus. Nam sine autore annum suum ponunt, & ipsemet Boxhornius in hoc ab ipsis recedit.

§. V. Dum Boxhornium nominamus, statim & ipsi prospiciemus, & quidem dicendo: Testimonium nos Rabbi Josephi accipere non posse, quia testes ipso digniores adessent & quia ipsemet se falsitatis reum constitueret vetustissimum illum librum non nominando.

§. VI. Excedentes, quos nunc accedimus, parvo remedio curabimus. Largimur cuilibet suum Annum lubentes, sed non inventionis, hic manet M. CCCC. XL. absque dubio, sed impressionis & perfectionis. Id quod remedium scribere ex Chronico Coloniensi didicimus. f) Notamus hic quasi in transitu, Schulzium illum Chronographum, qui in Anno illo, quem nos Typographicae inventioni consecravimus, dicit g) Heidelbergae fuisse inventam talem inscriptionem:

Hans von Laudebach ist mein Nahm /  
Die ersten Bücher druckt ich zu Rom /  
Bitt für mein Seel / Gott gieb dir Lohn.

Si hujus reptionis relatio vera esset, ingens nobis facesseret negotium in anno inventionis Typographicae tutando: sed per errorem ita dicit Schulzius quocunque modo in eum devenerit, nam Nath. Chytraeus h) hunc Laudebachium demum An. M. D. XIV. die 5. Stephani mortuum narrat & in vestibulo Auditorii Theologici, quod est hodie Collegium Sapientiae, ibidem mortem ejus notatam expressis his verbis indicat: Starb 1514. auff S. Stephan. Sic originem nos invenisse Typographiae putamus, utinam etiam L. B. Tuum favorem! Sed meliora speramus & rogamus exinde, ut, si forsitan cespitantes nos offenderit, ex favore illo haud in malam partem velit interpretari. Non enim nostram gloriam quaesivimus hoc ausu, sed solius Dei, cui etiam hic reddimus, cum Brandio i) dicentes:

Gratia Dni primum, mox impressoribus aequa  
Gratia: quorum opera haec prima reperta via est.

g) in Chronico p. 86. h) in deliciis variorum in Europ. Itinerar, p. 400. i) in Epigrammate in Typographiam.

f) ubi ita legitur: Und dat is geschieht by den Jatre uns Heeren 1440 Und van der Jnt an/biß men schreve so. Ward undersocht die Kunst / und wat daerzo gehoört. Item alibi: Dat beginne der Vorkunst ist vill mensterlicher und subtillicher von dē und te lenger de mere künstlicher wurden. Conf. Rivinum & Münsterum.

*Ad literatiss. Dn. Respondentem.*

**I**mpresso celebres praelum sermone: sed illud  
Crede simul nomen jam celebrare Tuum,

*M. Valent. Alberti, Prof. P.*

*& h. t. Acad. Rector.*

**C**halcographorum ortus referas, doctissime  
STARCKI,

Quodq; minor nostra Sinica terra, doces,  
Assere porro decus Germanis, assere, terris:

Digna dabunt ipsi praemia Chalcographi,

*Properabat*

*L. Frid. Rappolt*

*Prof. Publ.*

*Ornatissimo & Praestanti*

JUVENI,

DN. PETRO STARCKIO

Auditori suo industrio

*Et*

Amico non vulgariter dilecto

Primam aciem in Campo Philosophico  
subeunti.

**M**usarum in castris qui pugnat FORTITER, istum  
Ex merito semper magna brabea decent,  
Pugnas ut cupio, pugnas ut postulat ipsum  
NOMEN. Perge, aderunt pulchra brabea, TIBI.

*Hec ex animo precatur*

PRÆSES.

1077 Me



1298.

TY

**C** Ur  
dan  
nomina.  
Chinens  
Itali lan  
nei & Ca  
nantur,  
nent & A  
re evolu

rium, in  
sunt Ety  
nos hat  
citus, o  
morbis

ciâ suam  
Illud est

e) Martin. in  
Lex. Philol.  
p.3956.      dum fer  
tallicam  
Hoc ver

d) lib. cit.  
pag. cit.      ra non e  
ginum in  
fed *Vossii*

T EJUS

facilis. Ex abun  
Alia Typographia  
ollere cupiunt Itali.  
Germani exclusi.  
binenses, Therwista  
rcentur. Laude do  
mani palmam obti  
onia illorum hac de

estiunt disputato  
amen est, solliciti  
Eadem quidem,  
eadem jam solli  
ographia, iisdem

graphiam è Græ  
τύπ & γράφω.  
usurpatur in mo  
loco signat me  
mnis ad chartam.

, nostræ jam cu  
è in iis curiosi ori  
deducere cupit,  
& huic tandem

תוף

